

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruicium h
cum uariis

Decorem domus dicit non pulcritudinem parietum aut ministrorum preciosissimos apparatus, sed ipsorum actuum beatissimam qualitatem quibus cuncta gaudet ecclesia, scilicet in Psalmorum iubilatione, in precum sanctitate, in Christiani populi humili deuotione, subiungens glorie tue quia ubicumque habitat Deus, gloria est. Gloriosum efficit quicquid inhabitare dignatur, et ab hospitis merito crescit hospicii magnitudo.

Cassiodorus super Psalmum XXV.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dicit non] non dicit P V¹ V² L¹ L²; humili *om.* P V¹ V² L¹ L²; glorie *om.* L¹ L²; tue *om.* P V¹ V² L¹ L²; hospicii] hospitium V²